

tionem. Si namque minutia relicta ad subtra-
 Etam minutiam adiiciatur, componetur mi-
 nutia illa, à qua subtractio facta est, si non est
 erratum. Ut quoniam subtracta minutia hac
 $\frac{3}{4}$. ex ista $\frac{7}{3}$. relinquitur hæc minutia $\frac{1}{36}$. vt in
 proximo exemplo patuit; si addatur $\frac{1}{36}$. ad $\frac{3}{4}$.
 componetur hæc minutia $\frac{11}{144}$. quæ ad mi-
 nimos terminos reducta erit hæc $\frac{7}{24}$. à qua ni-
 mirum facta est subtractio. Sic etiam, quia
 subtracta hac minutia $\frac{2}{3}$. ex ista $\frac{6}{8}$. reliqua est
 minutia hæc $\frac{2}{24}$. si ea addatur ad $\frac{2}{3}$. fiet minu-
 tia $\frac{5}{24}$. quæ æqualis est minutia $\frac{6}{8}$. à qua sub-
 tractio facta est: vt patet, si utraque ad mini-
 mos terminos reuocetur. Semper enim re-
 perietur minutia hæc $\frac{3}{4}$. Vel certe, quia nume-
 tores eorum in crucem per denominatores
 multiplicati producunt eundem numerum,
 nimirum 432.

MULTIPLICATIO FRACTO- rum numerorum. CAP. XIII.

Si numeratores inter se multiplicentur, producetur numerator summæ multi-
 plicationis, ex denominatorum autem multiplicatione denominator eiusdem gi-
 gnetur. Ut ex multiplicatione $\frac{2}{3}$. per $\frac{3}{4}$. fient $\frac{6}{12}$ hoc est, $\frac{1}{2}$. Numeratores enim inter se mul-
 tiplicati faciunt 6. denominatores vero 12.

Quando minutia per numerum integrū multiplicanda est, supponenda est numero integro vñitas, vt fiat ex ipso quasi fractio quædam denominata ab vnitate in-
 tegra. Deinde regula, quam proxi- $\frac{8}{3} \cdot \frac{4}{3}$.
 me præscripsimus, seruanda. Ut si

Probatio
subtracti-
onis mi-
nutiarū.

Multipli-
catiø mi-
nutiarū
quo pa-
cto fiat.

Quando
adsunt
integra
quid agē-
dum.